



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-756160-p0001-4

DFG

372
A6
1789
7.

DE

POENA FVRTI VARIA

P R A E S I D E

D. GEORGIO STEPHANO
WIESANDIO

SERENISS. PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE IN CVRIA
PROVOCATIONVM A CONSILIIS DIGEST. VET. PROF.
PVBL. ORDIN. CVRIAEC PROVINCIALIS CONSI.
STORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ATQVE
FACVLTTATIS IVRID. ASSESSORE

DIE XXV. SEPTEMBR. A. R. S. MDCCCLXXXVIII

H. L. Q. C.

PVBLICE DISPVATATVRVS EST
CAROLVS AVGVSTVS SCHLOCKWERDER
VITEBERGENSIS.

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.

V I R O

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
FRIDERICO GOTTLLOB
DE BERLEPSCH

DYNASTAE HENINGSLEBENII ET LEISLAVII
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE
ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINISTRO
COMITIQVE CONSISTORIANO

ITEMQVE

V I R O

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
CHRISTOPH GOTTLLOB
DE BVRGSDORFF

SACRORVM PRAESIDI AC LITERARVM
SAPIENTISSIMO



HOC
PRIMVM STVDIORVM EXPERIMENTVM
MERITIS ILLORVM DE OMNI REP. IMMORTALIBVS
PER MOTVS
SVMMAE PIETATIS PIGNVS PERPETVIQVE OBSEQVII
D. D. D.
SEQVE AC RES SPESQVE SVAS
ILLORVM FIDEI
TRADIT
VOTIS SIMVL SVSCEPTIS
VT
EXTENTO VITAE SPATIO
SPLENDORE GENTIVM CRESCENTE
AC FELICI CONSILIORVM SVCESSV
LAETISSIMI PERFRVANTVR
CAROLVS AVGUSTVS SCHLOCKWERDER.



§. I.

Qui iurisprudentiae discenda in academiis patriis dant operam, iis publica lege sapienter praescriptum est, ut ante omnia in conspectum communem prodeant, et certamen literarium, more maiorum, instituant. Huic sanctioni ego quoque paritus, patre optimo, quem pia mente veneror, hortante, libellum composui tenuem, quem nunc non sine rubore, humanis lectoribus offerre audeo. Non enim ignoro, me ea eruditionis copia, quae a docto disputatore requiritur, adhuc esse destitutum. Sed lectorum humilitate fatus, spero fore, ut meum qualemunque studium in bonam interpretentur partem. Cogitanti vero mihi, qualem potissimum materiam ad disceptandum proponerem, varia sese mihi obtulere argumenta, ex quibus in primis illud, quod varias surti poenas inquirit, elegi. Nullum propemodum deliri-

A 3

etum



ctum hodie furto est frequentius, cuius quidem rei causae non sunt obscurae. Multi homines egestate premuntur, quibus, ut laboribus molestis necessaria vitae alimenta sibi comparent, nulla persuades arte. Alii contra modica sorte non contenti, instrumenta quaerunt vitae commodioris. Hi omnibus votis sibi expetunt victimum magis delicatum, amictum longe elegantiores, et magnam felicitatis humanae partem in supellectilis pretiosae et moribus saeculi accommodatae copia ponunt. Facinora igitur turpia perpetrare non erubescunt, dummodo viis illicitis id, quod cupiunt, assequantur. Vti vero per se iucundum est diuersa gentium instituta inter se conferre; ita quoque a proposito meo haud erit alienum, hic potissimum respicere ad mores priscarum gentium, quae prae ceteris legum sapientia excelluere. Ego vero in eo argumento, quod tractandum sum, sic versabor, ut primo ostendam, quales poenas Hebraei, Graeci et Romani furibus irrogauerint; deinde vero ad Germanos progrediar, et denique usum fori hodiernum subiungam. Ne vero incertis terminis vagetur ipsa furti notio, illud confidere puto in dolosa rei alienae ablatione, in uito domino, lucri faciendi causa, facta. Ita quoque statuunt magistri Iuris criminalis peritissimi, Meisterus in *Princip. iuris criminal.* *Sect. 2. P. 2. Cap. 13. §. 1.* et Püttmannus in *Element. iur. criminal. Libr. 1. Cap. 28. §. 420.* Poenam vero puto esse malum, quod ob violatam legem poenalem infligitur. Ipsas furti diuisiones, cum omnibus satis sunt notae, afferre haud erit necessarium.

§. II.

§. II.

Primum igitur consideremus Hebraeos, quorum quidem legibus permulta de furtis fuere sancta. Sed hic varia sunt discrimina obseruanda. Alia enim poena fures afficiunt nocturnos, alia diurnos. Aliter quoque punierunt fures pauores, aliter diuites. Qui rem furtiuam adhuc tenent integrum atque incolumem, aliam poenam subeunt, ac ii, qui eandem vel iam mastrarant, vel vendiderant. Quod ad primam furti formam attinet, de ea dubitare nos non finit sanctio legis Mosaicae, quae vetat, capit is iudicium, si fur parietes perfodiens verberibus affectus, perierit, esse instituendum.^{a)} Eandem exprimit sententiam *auctor collationis Legum Mosaicarum ac Romanarum Tit. VII.*^{b)} Auctoritatis causa iuuat hic addere, quae Seldenus tradit, his quidem verbis: *Sed et apud Hebraeos impune occidebatur fur nocturnus aedes inuisurus ab aedium domino aut custode.*^{c)} E contrario is, qui interdiu commiserat furtum, impune occidi non poterat, id quod ex *vers. 3. Exod. c. 22.* satis clare intelligitur. Tristior quoque fors obtigit furibus pauperibus, qui res ablatas restituere non poterant. Hi enim vel fuere venditi,^{d)} vel iis, quibus aliquid abstulerant, in seruituti addicti. Illustris Michaelis statuit^{e)} tantum temporis eos in seruitute mansisse, quantum ad damnnum furto datum resarcien-

^{a)} cf. *Exod. c. 22. v. 2.*

^{b)} in Schultingii *Iurisprudentia Anteiusliniane.* p. 759.

^{c)} in *iure Nat. et Gent. iuxta disciplinam Hebraeorum. Libr. IV. c. 2.*
pag. 495.

^{d)} *Exod. c. 22. v. 3.*

^{e)} Michaelis im *Mosaischen Recht, im 6ten Theil, §. 284.* pag. 56 seq.

ciendum fuerat idoneum, cuius quidem sententiam, cum
aequitati naturali congruat, lubenter sequor. Sed maiorem
poenam sustinuerunt ii, qui rem surreptam mactarant, vel ven-
diderant. Nam ii quintuplum vel quadruplum restituere sunt
coacti,^{f)} cum alias res salua penes furem inuenta^{g)} tantum
obligationem ad duplum reddendum produceret. Quintuplum
obtinuit, quando bos fuerat surreptus, cuius quidem rei ratio
inde videtur arcessenda, quod boues Israelitis, qui equis non
fuere vni, ad usum domesticum valde fuerint necessarii, ideo-
que sine illa dubitatione quoque valde cari et pretiosi. Ratio-
ne ouium tantum obtinuit poena quadrupli. Hic autem qua-
stio oritur, num ea, quae de animalibus furto ablatis fuere
constituta, ad alias res sint extendenda. Evidem assentior
Michaeli,^{h)} qui sibi persuadet, probabili ratione ductus, qua-
drupli poenam ad quascunque res furto subductas, posse appli-
cari. Quam quidem opinionem praeterea quoque publicani
professio apud Lucam,ⁱ⁾ confirmare videtur. Non silentio
praeterire debo illud institutum singulare, quo hi, qui prius
commisum furtum iureiurando negauerant, postea vero, con-
scientia perturbati, illud ultro fuere confessi, ad rem ipsam
furto abreptam, eiusque insuper quintam partem domino
eodem die, quo piaculum Deo oblatum, reddendam fue-
runt obligati.^{k)}

§. III.

^{f)} Exod. c. 22. v. 1.^{g)} Exod. d. l. v. 4.^{h)} Michaelis c. l. pag. 56.ⁱ⁾ Lucas c. 19. v. 8.^{k)} Leuitic. t. 6. v. 1 — 6.

§. III.

Nunc meum est exponere poenas, quas Graecia seruavit.
 Ac primo quidem mirandum, nonnullas nationes Graecas
 tanta lenitate aduersus fures fuisse vsas. Sed fortassis in hac re
 mores Aegyptios imitatae sunt, quibus omnia furta fuisse lici-
 ta et impunita, Gellius refert.^{a)} Nam apud Lacedaemonios
 furtum praeципue cibariorum, modo fuisse clam factum, fuit
 licitum,^{b)} magnamque sibi conciliauit laudem. Sed non te-
 mere sic se gesserunt, rati, furantes partim fieri sollertiaores,
 infidiis partim struendis, partim vitandis aptiores, atque dis-
 ciplina rei bellicae magis instructos,^{c)} quapropter quoque men-
 sam,

^{a)} in Noſt. Attie. Libr. XI. cap. 18. Addo hic ea, quae memoriae
 tradiſit Diodorus Siculus in Bibliothec. historic. T. I. p. 90. „De
 „furibus lex quaedam Aegyptii eft, prorbus singularis. Qui fur-
 „tis operam dare volunt, nomina apud furum principem profiten-
 „tur, et e vestigio furtum ex pacto ad eum referunt. Qui res suas
 „amiserunt, confimiliter vnumquodlibet amissorum, literis con-
 „signatum, exhibent, locumque ac diem, et horam, quibus ia-
 „cturam fecerint, adscribunt. Hoc modo cunctis facile repertis,
 „fraudatus, aestimatione rerum facta, quadrantem harum persol-
 „uit, et tunc sua recuperat. Cum enim fieri non possit, ut omnes
 „a furto abstineant, viam legislator inuenit, qua tota res surrepta
 „praeter exiguum redemtionis pretium, seruaretur.“

^{b)} Cragius, de republica Lacedaemoniorum, Lib. III. Tab. VIII. In-
 fift. XII. pag. 306. Gellius Lib. XI. cap. 18. Baumgartens all-
 gemeine Weltgeschichte im 5ten Theil, §. 656. S. 468.

^{c)} Cragius c. l. p. 307 et 308, et Plutarchus in Lycurgo p. 50. „Au-
 „ferunt furto res partim ex hortis, partim in viororum coniuria
 „peralstute et caute irrepentes. Deprehensus multa verbera flagello
 „acci-



lam, Plutarcho teste, habuerunt angustam. Sperarunt fore, vt omnes bona sua, quae alias socordia facile amitti queant, melius custodian. Nihilo tamen secius in furto ipso deprehensi poenas, et quidem interdum satis graues, luerunt. Nam non verberibus solum, sed etiam mulcta sunt affecti pecunaria. ⁴⁾ Quapropter iuentus huius nationis tam pertinax fuit, vt, furto commisso, prius, quam id aperiret, omnia toleraret. Cuius pertinacia exemplum Baumgartenius tradit. ⁵⁾ Abstulerat quis paruam vulpem. Cum vero in ipso scelere deprehensus fuisset, eam in vestes abdidit, seque potius, quam vt furtum indicaret, dilacerari passus est.

§. IV.

Quo leniorem vero in fures Lycurgus se praestitit, eo crudelior in iisdem plectendis fuit Draco, Atheniensium primus legislator. Furtum enim sine vlo discrimine, vt omnia fere delicta, capitis supplicio coercuit. Furem, qualecunque is

„accipit, quod solitus in furando et iners videatur. Furantur et iam, quaecunque possint, cibaria, infidiari cum sollertia, dormientibus meditantes, aut solutiorem custodiā agentibus, comperto, verbera et fames pro piaculo sunt. Mensam habent angustam, qua propulsantes industria sua famem, ad audendum contentur, et ad dolos concinnandos. Id munus est peculiare cibariorum contractorum: accedit functio, quod parant corporibus incrementum.“ Excusauit huius instituti turpitudinem in primis Gribnerus in dissertat. *de furt. apud Lacones licentia.* §. 15 fqq.

⁴⁾ Cragius, d. I. pag. 309 in fin. et Plutarchus in *Lycurgo* c. I.

⁵⁾ Baumgarten, d. I. pag. 468. in not. (413) B.

is furtum admiserat, suppicio capitii puniri Gellio auctore,^{a)} iussit. Quam quoque legem ex priscis monumentis exhibet Potterus,^{b)} Thysius^{c)} sanctionem addit seueriorem ita conceptam; „Omnis, qui furati quidpiam fuerint, etiam si valde exigua res sit, morte puniantur.“ Eandem enim poenam ei, qui olus pomumque clam sustulerat, ac sacrilego, irrogauit, immo, teste Plutarcho, otii damnatum morte multauit.^{d)} Qui rogatus, cur plerisque criminibus capitii poenam constitueret?
„vel exigua delicta, respondit, eam mereri, ad magna defere maiorem.“^{e)} Hinc non incommodae Demades dixit, cum sanguine non atramento leges scripsisse.^{f)}

B 2

§. V.

^{a)} Lib. XI. cap. 18. Hic addatur Petitus ad *leges Atticas L. VII. c. V.* pag. 634.

^{b)} Potterus in *Archaeolog. Graec. Libr. I. c. 26. Tit. 5. p. 193.* Isdem quoque verbis eam repetit Hoffmannus in *hist. Iur. Rom. Iustin. Vol. II. Part. prior. p. 117.*

^{c)} in collection. *Leg. Attic. et Roman. apud Iacob. Gronouium, in Thesaur. antiquitatum Graecarum. Tom. V. pag. 1392.*

^{d)} Baumgarten in der allgemeinen Weltgeschichte im 5ten Theil. §. 266. §. 156. et Plutarchus in *vita Solonis* p. 87. „Noxas enim persecutus est ille, pene omnes capitali supplicio, ut et otii damnati morte afficerentur, ac, qui olus surriperant, vel poma, in hos non fecerunt, atque in sacrilegos, statueret.“

^{e)} Plutarchus *d. l.* „Ille ipse rogatus, quid plerisque fraudibus poenam capitalem irrogasset, respondit, exiguae se mereri eam existimare, ad magnas non habere maiorem.“ et Baumgarten *d. l.*

^{f)} Plutarchus *l. c.* „Vnde postmodum ait lepide Demades, sanguine Draconem, non atramento scripsisse leges.“ et Baumgarten *c. l.* §. 267. p. 157.



§. V.

Solon, cuius sapientia satis celebrata est, Draconis leges omnes, praeter eas, quae sicarios attingunt, aequitate commotus sustulit, atque ipsa delicta non esse paria sapienter statuit, ideoque in legibus ferendis, locorum et temporis prudenter rationem habuit. Quapropter furibus interdum mortis, interdum dupli vel decupli poenam, quacum nonnunquam vincula per quinque dies noctesque fuerunt coniuncta, iniunxit. Et capitale quidem supplicium constituit in yniuersum furibus nocturnis, diurnis vero, qui rem, cuius pretium quinquaginta drachmas excederet, abstulerant, vel furtum in gymnasii, balneis ac portubus commiserant. Furem quidem nocturnum simpliciter, pretii ratione non habita, impune cœdi, fugientem vulnerari, et ad Undecimuiros, qui de capitis poena statuere solebant, rapi voluit. Diurnum vero tunc demum, si res furtiva quinquaginta drachmarum aestimationem superaret, Nomophylacibus tradi permisit. Eandem seueritatem exercuit in eos, qui ex gymnasii publicis, Lyceo, Academia, Cynosarge, res vel minimi pretii, atque alias e portubus et balneis, quae superabant decem drachmas, surripuerant. Quod ad fures attinet, qui res minoris momenti subduxerant, ii iudicio ciuili et criminali apud Heliastas conueniri poterant. Si ciuiliter agebatur, furti coniuctus vna cum iis, qui opem tulerant vel consilium dederant domino, quando item furtiuam receperat, duplum, si eam non receperat, decuplum restituere debuit. Si praeterea a iudicibus fuisse petitum, ut a fure poena repeteretur, hi illum, praeter multam pecu-

pecuniariam, ad patienda quinque dierum totidemque noctium vincula, damnarunt. Hic addendum, neque furem nocturnum neque diurnum, si supra quinquaginta drachmas furatus fuisset, vades dare potuisse, sed eis simpliciter poenam capitalem suisse subeurdam. Haec, quae attuli, a Solone sic esse constituta, varii tradunt auctores, ex quibus hic nominasse sufficit Demosthenem,^{a)} Potterum,^{b)} Petitum,^{c)} Meurium.^{d)}

B 3

§. VI.

^{a)} In orat. aduersus Timocratem p. 476. „Si quis interdiu supra quin-
„quaginta drachmas furatus fuerit; abduci liceat ad Vndeциmviros.
„Si quis vero noctu quidpiam surripuerit: cum et occidere, et in-
„ter persequendum vulnerare, et ad Vndeциmviros, si cui lubet;
„abducere fas esto. Conuictio autem eorum facinorum, propter
„quae in vincula licet abripi, ne liceat, datis vadibus, satis facere
„pro furtis: sed mors poena esto. Ac si quis e Lyceo, aut ex
„Academia, aut Cynosarge vestem, aut lagunculam aut quicquam
„aliud minimi pretii, aut aliquod vasculum e gymnasii, aut por-
„tubus surripuerit, supra decem drachmas, etiam his morte poe-
„nas esse luendas, constituit. Si quis vero priuato iudicio furti
„conuictus fuerit: ei licere duplum soluere aestimatae litis: penes
„vero iudices esse, furem praeter argentum, ad quinque die-
„rum totidemque noctium vincula damnare: ut omnes eum vin-
„culum esse videant.“ Addi potest Colleß. Leg. Atticar. apud Hoff-
mannum, d. l.

^{b)} In Archaeolg. Graec. Libr. I. cap. 26. Tit. V. p. 193. „Si furtum
„faclum sit, et, quod furto perierat, repperit dominus, duplo-
„ne luito, furtum qui fecit, et quorum ope consilioque fecit,
„decuplione vindicator, ni dominus remi furtivam repperit: in
„neruo quoque habetur dies ipsos quinque, totidemque noctes, si
„Heliaflae pronunciarint: pronunciante autem, cum de poena il-
„lius



§. VI.

In poenis, quas Graecia furibus infixit, persequendis satis moratus, nunc Roman abeo, et, quomodo ibi fures tractati fuerint, breuiter exponere instituo. Legibus regis de poena furti quid constitutum esse, non reperio. Sed duodecim Tabulis libido furandi coercita, atque effrenata furum audacia maxima cura fuit repressa. In quibus quidem varia furorum occurunt genera, scilicet nocturnum, diurnum, manifestum, nec manifestum, atque per lancem liciumque conceptum. In fures nocturnos more Solonis animaduertunt, cum quiuis eos impune interimere potuerit.¹⁾ Sunt, qui putent, hanc occidendi potestatem ita fuisse restrictam, ut ea non, nisi antea clamore facto, exerceri posset. Ad hanc opinionem

lius agitur. Si lucri furtum, cuius aestimatio sit supra quinque drachmas, faxit, ad Undecimuros rapitor: si nocte furtum faxit, si eum aliquis occisit, iure caesus esto, aut vulnerarit fugientem, sine fraude esto, aut rapitor ad Undecimuros: manifestum huiusmodi furtum qui faxit, etiam si vades dederit, non noxae factae sarcitione, sed morte luito. Si quis item ex aliquo Gymnasio vestis aut lecythi, aut alciuius vel minimae rei, aut supcilectilis e gymnasio, aut ex balineo, aut e portubus, quod excedat decem drachmarum aestimationem, furtum faxit, morte luito.²⁾

¹⁾ Ad *Leges Atticas Libr. VII. cap. V. pag. 634 seq.*

²⁾ In *Solon. cap. 20.* Confer quoque Gothsfr. Schmidii *dissertat. I.* quae inscribitur: *Solon legislator. §. 55 seqq.*

³⁾ Gothofredus in *quatuor fontibus inv. Civil. Libr. I. p. 58.* Rittershusii *Dodecadelt. p. 160.* Macrobius I. *Saturnal.* 4. Gellius in *Nostr. Attic. d. I.* Cicero pro Milone c. 3. in fine.

nem tuendam vulgo prouocare solent ad l. 4. §. 1. D. ad Leg. Aquilam et leg. 9. π. ad Leg. Corneliam de sicariis. Hos vero du-
dui erroris conuicit Noodt. in Probabil. Libr. I. c. 9. et in Obser-
vat. Libr. I. c. 15. Quodsi quis furem diurnum sine fraude oc-
cidere voluisset, ut ille se telo defenderet, eiusque occisio cum
clamore coniuncta esset, fuit necessarium.^{b)} Sollemnes autem
fuerunt formulae: *adeste, adeste, ciues! Quirites vestram fidem!*^{c)}
Plura sanciunt de fure manifesto, atque in iis coercendis di-
versam hominum conditionem potissimum spectant.^{d)} Homi-
nem enim liberum deprehensum, quae prehensio plerumque
cum testificatione et vociferatione *tene, tene, vel teneo, siebat,*^{e)}
primo virgis caesum, eique, cui rem surripuerat, addictum fu-
isse, ex iis intelligimus. Lenius versantur in impuberibus,
furti manifesti reis. Praetoris enim arbitratu castigati, da-
mnnum ablatione rei alienae datum, resarcire debuerunt. Ser-
uum crudelius tractant, eumque flagellis obrutum e Saxo Tar-
peio,^{f)} praecipitari volunt. Quod si quis in ipso furto non fu-
set prehensus, eius tamen postea conuictus, dupli poenam
lue-

^{b)} Gothofredus l. c. p. 60 seq. et Cicero d. l.

^{c)} Briffonius de formul. Libr. VIII. pag. 718.

^{d)} Gellius c. 1. Sylui Commentarius ad Leg. tam Reg. quam XII Tab.
p. 441 seq. Gothofredus l. 1. Collect. L.L. XII. Tab. pag. 158. apud
Hoffmannum in his. Iur. Rom. Iustin. Vol. II. Part. prior.

^{e)} Funccius ad Leg. XII. Tab. p. 19 seq.

^{f)} Funccius l. c. p. 123 seq. De hoc arguento in primis consulendus
Dresigius in commentat. de praecipitat. Romanor. poen. publ. pag.
25 seqq.



luebat.²⁾ Furto, per lancem et licium concepto, singularis poena haud fuit statuta, sed illud non aliter ac furtum manifestum fuit vindicatum.⁴⁾ Memorabilis quoque videtur sanctio, de arboribus furtim caesis. Qui enim eiusmodi facinus suscepserant, pro singulis arboribus caesis, XXV. assibus multabantur.⁵⁾

§. VII.

Quae fere omnia postea sunt iure Praetorio mutata. Hoc enim in locum corporalis poenae furti manifesti, poenam quadrupli in seruis atque liberis hominibus substituit, dupli vero poenam in furto nec manifesto recipit. L. 46. §. 2. L. 50. et 54. §. 2 et 3. π. de furtis et §. 5 et 19. I. de obligat. quae ex delicto nasc. Lege enim Porcia, ut Liuius Libr. X. cap. 9. auctor est, ne ciuis Romanus verberaretur, fuit cautum. Secundum L. 25. π. de poen. aliquem de Saxo praecepitare non amplius licuit. Praeter hanc vero poenam domino adhuc rem furtuanam vindicare vel condicere fuit permisum. L. 52. §. 2. D. de furtis et §. 19. I. de obligat. quae ex delicto nasc. Sed, num impubes, rem alienam summouendo, furtum faciat, quaestio moreri potest. Quam quidem, nisi doli capax, vel pubertati proximus sit, negare debeo. L. 5. §. 2. D. ad Leg. Aquil. et L.

23 sq.

²⁾ Gellius c. l. pag. 187. Collecti. Leg. XII. Tab. pag. 166 apud Hoffmannum. Gothofredus l. excitat. p. 63.

⁴⁾ Gothofredus d. l. pag. 62.

⁵⁾ Collecti. citat. p. 168. apud Hoffmannum. Gothofred. c. l. p. 64.

23 *seq.* π. de furtis, item §. 18. I. de obligat. quae ex deictio nascit.
 Fuit vero arbitrio eius, qui furtum passus est, permisum, utrum
 vellet agere criminaliter, an ciuiliter. L. 92. D. de furtis et l. 3.
 π. de priuat. delict. Ex L. enim 54. §. 3. π. de furtis, etiam re
 recepta, furti actionem instituere potuit Iaesus, et quadruplo
 vel duplo soluto, rem ipsam vindicatione, vel condicione per
 sequi. Quodsi quis surem ad praefectum vigilium, vel ad praec-
 sidem rapuerat, secundum L. 56. §. 1. π. de furtis et L. 13. C.
 de furtis et seru. corrupt. viam elegisse videtur, qua rem commo-
 diffissime persequi potuit. Res ibi ad liquidum si fuerat perdu-
 cta, et fur damnatus eam integrum reddiderat, in simulum fur-
 ti quaestio videbatur esse sublata, in primis si praeter rei furtiuas
 restitutionem, index amplius aliquid in eum statuerat. Et,
 quamvis nihil fuerit decretum, tamen ob maioris poenae peri-
 culum, furri quaestionem cessasse, fuit existinatum. Atta-
 men Vlpianus in L. 92. D. de furtis sua aetate, furti plerumque
 criminaliter et extra ordinem actum fuisse, dicit. Item Prae-
 tor poenam, furibus arborum a legibus XII. Tab. prae-
 scriptam, commutauit, et loco XXV. assium, pro singulis, du-
 plum iussit praestari. L. 7. §. 7. D. de arbor. furt. caes. At in-
 terdum quoque, qui ceciderant arbores et praecipue vites,
 tanquam latrones ex lege 2. π. de arboribus furt. caes. poenas de-
 derunt. Praeterea Paulus in recept. Sentent. Libr. V. Tit. XX. §. 6.
 extra ordinem homines, qui noctu frugiferas secuerant arbo-
 res, et quidem vilitoris conditionis, in opus publicum fuisse
 damnatos, honestiores vel damnum resarcire coactos, vel cu-
 ria summotos, vel relegatos, tradit. Neque illud praeter-

C

eundum,



eundum, furti cuiuscunque damnatos, ut *L.* 63. *D.* de *fart.*
Paulus, in recept. *Sentent. Libr. II. Tit. XXXI. §. 15.* et *L.* 6. *n.*
de his, qui notantur *inf.* monent, laborasse infamia.

Sub Imperatoribus poenae furti antiquae, Legibus XII. Tabb.
inductae, haud amplius fuerunt vltatae. Remansit tamen prisca
facultas furem nocturnum etiam extra urbem, et in agris de-
prehensum, impune occidendi. *L.* 1. *C.* quando liceat unic. *sine*
iudic. *Cuiacius* in *Obseruat.* *L.* 14. *c.* 15. *Iustinianus* vero in
Nou. 134. *c.* 13. furto *sine* armis et violentia commisso, furi-
bus abscondi aliquod membrum, vel eos necari vetuit, sed
eos alio modo castigari iussit.

Equidem constitueram hac data occasione, de poenis quo-
que, quibus fures Iure Germanico, atque in primis Saxonico,
afficiuntur, simul exponere. Sed hoc propositum exequi pro-
hibet temporis angustia. Cum vero iuris studiosum maxime
deceat animum potissimum adiungere ad ea, quae hodie in foris
obtinent, atque ea, quae explicandis moribus patriis impenditur
opera, ipsa vtilitate fse commendet, ego in tempus com-
modius vltiorem expositionem argumenti, quod tractare
coepi, differo, meisque lectoribus vt omnia contingent felici-
citer, ex animo opto.



ULB Halle
003 061 345

3



S. b.

VD 18





B.I.G.

Black

8
19

7
18

6
17

5
16

4
15

3
14

2
13

1
12

0
11

Centimetres
Inches

1
1

2
2

3
3

4
4

5
5

6
6

7
7

8
8

9
9

10
10

11
11

12
12

13
13

14
14

15
15

16
16

17
17

18
18

19
19

20
20

21
21

22
22

23
23

24
24

25
25

26
26

27
27

28
28

29
29

30
30

31
31

32
32

33
33

34
34

35
35

36
36

37
37

38
38

39
39

40
40

41
41

42
42

43
43

44
44

45
45

46
46

47
47

48
48

49
49

50
50

51
51

52
52

53
53

54
54

55
55

56
56

57
57

58
58

59
59

60
60

61
61

62
62

63
63

64
64

65
65

66
66

67
67

68
68

69
69

70
70

71
71

72
72

73
73

74
74

75
75

76
76

77
77

78
78

79
79

80
80

81
81

82
82

83
83

84
84

85
85

86
86

87
87

88
88

89
89

90
90

91
91

92
92

93
93

94
94

95
95

96
96

97
97

98
98

99
99

100
100

101
101

102
102

103
103

104
104

105
105

106
106

107
107

108
108

109
109

110
110

111
111

112
112

113
113

114
114

115
115

116
116

117
117

118
118

119
119

120
120

121
121

122
122

123
123

124
124

125
125

126
126

127
127

128
128

129
129

130
130

131
131

132
132

133
133

134
134

135
135

136
136

137
137

138
138

139
139

140
140

141
141

142
142

143
143

144
144

145
145

146
146

147
147

148
148

149
149

150
150

151
151

152
152

153
153

154
154

155
155

156
156

157
157

158
158

159
159

160
160

161
161

162
162

163
163

164
164

165
165

166
166

167
167

168
168

169
169

170
170

171
171

172
172

173
173

174
174

175
175

176
176

177
177

178
178

179
179

180
180

181
181

182
182

183
183

184
184

185
185

186
186

187
187

188
188

189
189

190
190

191
191

192
192

193
193

194
194

195
195

196
196

197
197

198
198

199
199

200
200

201
201

202
202

203
203

204
204

205
205

206
206

207
207

208
208

209
209

210
210

211
211

212
212

213
213

214
214

215
215

216
216

217
217

218
218

219
219

220
220

221
221

222
222

223
223

224
224

225
225

226
226

227
227

228
228

229
229

230
230

231
231

232
232

233
233

234
234

235
235

236
236

237
237

238
238

239
239

240
240

241
241

242
242

243
243

244
244

245
245

246
246

247
247

248
248

249
249

250
250

251
251

252
252

253
253

254
254

255
255

256
256

257
257

258
258

259
259

260
260

261
261

262
262

263
263

264
264

265
265

266
266

267
267

268
268

269
269

270
270

271
271

272
272

273
273

274
274

275
275

276
276

277
277

278
278

279
279

280
280

281
281

282
282

283
283

284
284

285
285

286
286

287
287

288
288

289
289

290
290

291
291

292
292

293
293

294
294

295
295

296
296

297
297

298
298

299
299

300
300

301
301

302
302

303
303

304
304

305
305

306
306

307
307

308
308

309
309

310
310

311
311

312
312</